Barcelona, BC, ms. 479, f. 112r.

«*Missus est angelus Gabriel a Deo ad Mariam Virginem desponsatam Iosep*[*h*][1]».
*Et ut thema nostrum facilius concluditur in nostri sermonis exordio thematis proponitur quaestio: quare non ante venit Christus ad genus humanum redendum?. Et mirum quod non bene fecerit, quia tamdiu tardavit. Plures enim fuissent salvati quam sint, eo quia citius haberent eius congretionem. Et si citius venisset citius*[2] *venisset humani generis salvatio. Quia vero factum non est mirum esse contrarium operibus sue voluntatis, nam* «*Vuult omnes homines salvos fieri*[3]», *Prima Thimoteum.*
*Et quia igitur non sunt salvati nec fuit culpa humani generis, sed nimia mora filii Dei.*

*Hanc questionem monet beatus Thomas parte 3 quaestio prima, articulo 5, ad quam breviter respondendo assignat 4or rationes, quare non ante venit Christus*[4]:

*Prima. Ideo* que la ordinació divinal fos conplida e acabada.
*2a. Ideo* que la sciència humanal fos destrouida e abaxada.
*3a. Ideo* que la gràcia divinal fos car tenguda e més amada.
*4a. Ideo* que la obra virtual per molts fos dita e nunciada.

*De primo dicebat Augustinus in sermo de Adventu:* «*Multi dicunt quare non ante venit Christus, quia non dum venerat plenitudo temporis moderante, illo per quem facta sunt opera*[5]». *Ideo Apostolus Galate 4:* «*At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum*[6]» *et cetera. Ubi glossa:* «*Plenitudo temporis quod prefinitum fuit a Deo Patre filium suum miteret*[7]». *Secundam rationem allegat quedam glosam ordinaria ponita. Super id Galatam 3: «Ordinata per angelos in manu mediatoris*[8]». *Sed, ante quam ad eam veniamus, est sciendum quod prout dicunt doctores:* «*In primum protoplausti creatione, Deus contulit humano generi legem naturae, qua continebat quod faceret alteri quod sibi vellet fieri, et quod sibi nollet fieri alteri non inferret, et cum hac contulit potentiam*[9]». *Post modum per Moysem dedit legem scripture, quod continebat Deum diligere et proximi, et cum hac contulit scienciam. Postmodum per Christum data est lex gratie et cum hac contulit benivolencia. Et si dicatur quare dedit sicut leges istas dicitur quod ideo ne aliquam excusationes posset pretendere. Si enim Deus quareret ab eo quare in statu in quo ipse hominem ipsum creaverat non prestetisset, posset respondere: non potui propter carnis fragilitatem, et ideo propter propiam legem, tollet excusacio quia per eam contulit potentiam, nam si vellet posset declinare a malo et facere bonum. Sed noluit. Item, si quaereret Deus ab eo quare non exivit tantam misericordam in qua ponitus erat, posset respondere: potuisse creare bene exire, sed nesciebat quomodo et ne hoc pretenderet. Datus est sibi lex scripture in qua legebat qualiter poterat declinare malum et facere bonum. Dicit igitur nec sic glossam «Magno consilio factum est ut post hominis causam non illico Dei filius miteretur. Reliquit enim Deus prius hominem in libertate arbitrii in lege naturali ut sic vires nature sue cognosceret. Ubi cum /*[112v] *cum defficeret, legem accepit. Qua data, invaluit morbus, non legis, sed nature vitio, ut ita, cognita sua infirmitate, clamaret ad medicum, et gratiae quereret auxilium*[10]». *Hec ibi cum enim cognovit suam infirmitatem, videns quod nullam poterat excusationem pretendere, deponita superbia, dixit:* «*Veni domine et noli tardare*[11]» *et tunc venit Dei filius dans legens gratie. Iohannes primo:* «*Lex per Moysen data est, gratia autem per Ihesuchristum facta est*[12]» *et hoc de secunda.*

*3a rationem asignat Bernardus in hiis verbis:* «*Servat tibi Deus quod non vult cito dare, ut tu*

[1] Lc. 1, 26-27. | [2] *citius*, repetit. | [3] 1Tim. 2, 4. | [4] Thomae Aquinatis, *Summa theologica, pars 3,* dist. I, art. 4. | [5] Augustinus Hiponensis, *In Iohannis evangelium,* tract. CXXIV, PL 192. | [6] Gal.4, 4. | [7] Petrus Lombardus, *Sententiae*, PL 192, p. 135-6.; *STh*, pars 3a, dist. Iª, art. 5 | [8] Gal. 3, 19. | [9] Cita no localitzada. | [10] *STh*, pars 3a, dist. I, art. 5; Petrus Lombardi, *Sententiarum*, PL 192, 218. | [11] Antífona de la missa d'Advent. | [12] Io. 1, 17.

*dicas magna cum magno desiderio postulare ac diligencius noveris ea servare*[13]*». Ut igitur istud tam arduum maxime diligentem multum bene factum est ne ita cito miteretur.*

*4m rationem assignat quedam glosam ponita super id*: *«At ubi venit plenitudo temporis*[14]*». Ubi, sicut glosam: «Quanto maior iudex veniebat tanto preconum series longior precedere debebat*[15]*», si igitur quaeris quare non ante venit Christus, dicitur et cetera, ut saltem dicit.*

*Sed nunc oritur una alia, maxime duo: quare non alio tempore, alia etate, alio anno, alio mensse, alio die, alia hora, alio puncto Dei filius non venit. Ad primam, dicendum quod non debuit alio tempore quo incarnatus est cum id fuerit medium tempus tocius orbis tamquam futuri. Et ideo Sapientiae 18: «Dum medium silentium tenerent omnia et nox in suo curssu medium, iter, haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, a regalibus sedibus venit*[16]*». Hec verba aliqualiter videntur obscura et quamvis diverssi deverssitate exponant ea, tamen salvo aliorum iudicio quod presenti sicut posuit exponi triplex legimus silencium in scriptura*[17]*.*

*Primum*[18] *fuit in lege naturale*
*2m in lege scripture*
*3m in lege gratie*

*Lex naturae duo continebat precepta. Unum affirmativum et aliud negativum. De affirmativo scribitur Luce 6: «Quicumque vultis ut faciant vobis homines et vos eadem facite illis*[19]*». De negativo scribitur Thobiae 3: «Quod tibi oderis fieri alteris ne feceris*[20]*». Sed ista lex siluit cum Caym occidit Abel, fratrem suum, et fecit alteri quod sibi nollet fieri, et factum est primum silentium in lege naturae. Et hoc usque ad adventum Moysi, per quem Deus suscitavit testimonium in Iacob et legem posuit in Israel*, cui *Deus dedit legem scripture in duabus tabulis scriptas. Exodi 34. Una continebat*[21] *Dei dilectionem, altera proximi, quia «In his duobus preceptis universsa lex pendet et prophetae*[22]*», Mathei XXII. Sed ista lex siluit cum populus vitulum conflatilem adoravit, Exodi 32, et factum est secundum silentium. Donec in adventum filii Dei qui compaciens humano generi a regalibus sedibus descendit dans nobis legem gratie, scribens eam in cordibus hominum digito Dei. Sed huius legis debit fieri silencium cum revelabitur «Filius perdiciones qui extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ut in templo Dei sedeat*[23]*», ut dicitur II Tesalonicenses II*: *«Cum in medium silencium tenerent omnia et nox legis naturale iter perageret usque ad auroram legis scripture, omnipotens sermo a regalibus sedit precans legens gratie*[24]*».*

*Ad secundam petitionem, cum quia quare non venit alia etate. Dicendum quod non fuit conveniens. Non /*[113r.] *enim fuit conveniens prima etas, quod duravit ab Adam usque ad Nohe.*

Los mals contre·ls bons levaven uns ab altres. Se mataven sens nulla justícia, *ut patet de Caym, qui interfecit Abel, Genesis 4. Nec fuit conveniens secunda etas, quod duravit a Noe usque ad Abraam, nam in illa etate*

Fets carnals fort çe tractaven. Actes femenils obraven per cruel nequícia. *Propter quod venit diluvium dissipans terra*[25]*», Genesis 8. Nec fuit conveniens tertia etas quod duravit ab Abraam usque ad Moysem, quia in illa*

Uns altres se cativaven los logres, a donchs regnaven sens intelligència, *ut patet de Iosep quod vendiderunt fratres sui, Genesis 37. Nec etiam fuit conveniens in 4* [*aetas*] *quam duravit a Moyses usque ad Reges. Nam in illa*

[13] *MFl*, petitio, a; Augustinus, *Sermo de verbis Domini.* | [14] 1Tim. 1, 15. | [15] Augustinus Hiponensis, *In Iohannis evangelium*, tract. CXXIV, PL 192. | [16] Sap. 18, 14. | [17] A partir d'aquí, segueix el sermó del primer diumenge d'Advent d'Innocenci III. PL 217, 313. | [18] Al marge: "Bernardus in quodam sermo ante tempus ab mundi usque ad christi du ab adventum ad finem mundum". | [19] Lc. 6, 31. | [20] Tob. 4, 16. | [21] *Ms.* contiebant. | [22] Mt. 22, 40. | [23] 2Thess. 2, 3-4. | [24] Sap. 18, 14-15. | [25] Gen. 9, 11.

Les gens fort ydolatraven Déu, falssament adoraven per lur gran malícia. *Et ideo Psalmus: «Dilexerunt enim in ore suo et linga sua mentiti sunt ei*[26]*». Nec fuit conveniens in 5, quod durat a Regibus usque ad adventum Christum, quia in illa:*

Les gens greument se alssaven contre·ls qui Déu invocaven, per lur imperícia. *Ideo fuit captus populus in Babilonia. Ideo etiam persecuti Macabey, ut patet in libris Machabeorum.*

*Sed in 6* [*aetas*] *fuit conveniens Christum incarnari, quia in illa:*

Reys estranys senoreaven los jueus e·ls adomdaven per gran subjacència, *sicut bene dixerat*[27] *Iacob, Genesis 49: «Non aufferetur sceptrum de Iuda nec dux de femore eius donec veniat qui mitendus est*[28]*». Ubi glossa: «Tamdiu ex semine Iude reges apud iudeos fuerunt, donec Christus de virgine nasceretur*[29]*». Prius enim in gentem iudeorum rex alienigena fuit Herodes, quando Christus natus est. Qui ergo negat venisse Christum ostendat regem de tribu Iuda, in gentem iudeorun. Hanc etatem sextam previdit Abraham, Genesis* [...], *ubi dicitur: «Aproponit ante domini Abrae in fervore die*[30]*» et erat quasi hora sexta. Et ideo dixit Christus, Iohanem 8: «Abraham exultavit ut videret diem meum. Vidit et gavisus est*[31]*».*
*Ad aliam peticionem cum quia quare non alio anno, dicendum quod* «mediator Dei homini», *quia debebat conferre salutem in medio terre, in medio annorum. Natus factus est ut in omnibus medium essere videretur. Ideo Abachuc 3: «In medio anorum notum faces*[32]*». Super quo dicunt doctores quod sunt anni culpe et gracie. In fine igitur anni culpe et in principio anni gracie natus est. In Iudea factus est, et ideo Psalmus: «Benedices in principio corona anni benignitatis tuis*[33]*» et cetera.*
*Ad aliam peticionem cum quia quare re non alio mensse, dicunt quod non fuit conveniens alio mensse cum enim Dei filius veniret ad mundum renovandum et mundus isto mense cecidisset peccato, ad eo conveniens igitur fuit quod isto mense repararetur. Astrologi tamen volunt aliam rationem assignare quia, cum per Christum deberent fieri nova et insolita que quidem habunt cognosci et in flui circa nativitatem, et melior et nobilior influencia fiat in martio quam in alio mense. Ideo conveniens fuit ut in isto mense incarnaretur. Dicunt enim quod in hoc mensse convingitur Iupiter cum Saturno, et cum Mercurius et in Virgine in ascendente et in prefacie et in suo tertio, quod tunc denotatur* /113v. *nova lex, novus homo, novus modus quod totum secutum fuit in incarnatione huius parvi benedicti, propter quod dixerat ante bene per quingentos annos ille astrologus Ovidius in libro de Vetula:*

*Mercurius fuit in signo virginis illich*
*Est eius domus exaltacio triplicitasque*
*Per totum signum necnon et termius eius sequitur*
*Hic autem temporis ascendebat in hora*
*qua? cum saturno, Iovis est coniuncto facta*
*Nuper significans sectamque triplicitatem*
*mutavere suam, nec non etiam prope punctum*
*veris ubi fieri coniucto maximus solet*[34]

*in hoc quod dicit proprie punctum veris ostendit fiendum mensse martius.*

*Ad aliam, quare non alio die, alia hora, alio* [...][35]. *Ad hoc respondit Augustinus in De Doctrina Cristiana, capitulo 8, dicens quod «Christus eodem die passus quam conceptus et servus Adam. Eadem hora soluit quam primus Adam rapuit*[36]*». Igitur*

[26] Ps. 77, 36. | [27] *Ratllat,* Abraam. *Al marge,* Iacob. | [28] Gen. 49, 10. | [29] *Glossa ordinaria,* cap. XLIX, PL 113, 178D. | [30] Gen. 18, 1. | [31] Io. 8, 56. | [32] Abd. 3,3. | [33] Ps. 64, 12. | [34] *De Vetula,* III, 619-621; 636-640. | [35] *segueix un espai en blanc.* | [36] Cita no localitzada.

Quant lo temps fo limitat segons cos natural, que tot jorn fer avia per regla ordonada.
Quant en la sizena edat regnà rey transversal qui regnar no solia sobre aytal maynada[37].
Quant l'a[n]y fo acabat pel món en general, qui fort nos costrenya per regla cascun manada
Quant martz fo ja entret e vench aquel jorn mal hon Adam feu falssia passant la ley tatxada.
L'àngel fo enviat per Déu, rey eternal, a la Verge Maria, de Josep esposada.

*Et hoc dicunt verba nostri thematis preciti. In questionibus de ista incarnatione 4 ponuntur:*

Prima, aquel qui la tracta, e com és excel·lent, *quia dicitur missus est angelus Gabriel.*
2[m], aquel qui l'envia, e com és transcendent, *quia a Deo.*
3[m], lo loch on se tracta, e com és convinent, *quia in civitatem Natzaret.*
4[m], aquell ab qui·s tracta e com és ignocent, *quia ad virginem desponsatam Iosep.*

*Dico igitur primo quod ostenditur in hiis verbis de incarnatione,* aquel qui la tracta *et cetera dicit angelus Gabriel. Unde Bernardus*: «*Missus est angelus*» *ut sicut* «*respondeat reparatio lapsui ut quemadmodum homo lapsus est suggestione angeli malis resurgat per misterium angeli boni*[38]». *Et dicitur fore Gabriel,* «*ut sicud per Gabrielem misterium predictum fuerat Danieli, sicut per eundem apertum fieret virgini*[39]». *Sed quare magis Gabriel quam Michael vel Raphael, respondet Bernardus*: «*Forte nulli beatorum spiritum Deum antequam virgini revelasse putetur consilium excepto duntaxat angelo Gabriel*[40]». *Et vere conviniencius fuit mitere Gabrielem quam Michaelem vel Raphaelem:*

/[114r.] Car venia nunciar aquel qui era segona persona en la Sancta Trinitat, et *Gabriel est servus post Michaelem.*
Car venia nunciar remissió del segon peccat. *Primum enim peccatum comisit angelus in celo, Adam vero secundum.*
Car venia nunciar[41] remissió de la segona creatura, *sicut hominis et non angeli.*
Car venia nunciar curació de la segona malaltia, *scilicet hominis.*
Car venia nunciar la destrucció de la segona mort, *scilicet emeretur primae, quod est corporale.*
Car venia nunciar aquel qui és ten fort, «*Cum fortis armatus*[42]» *et cetera, et Gabriel dicitur fortitudo Dei. Ut igitur facta corunderent legato conveniencius fuit mitere Gabrielem quam alium.*

*Sed dixi 2º quod ostenditur in predictis verbis* aquel qui l'envia *et cetera, quia dicitur a Deo, et decens fuit quod a Deo miteretur eo quod nunciabat*

Obra molt transcendent passant tot cos natural.
Obramolt excel·lent, la rehenssó[43] humanal.
Obra fort spatxada qui·s devia seguir.
Obra fort amagada qui no·s devia dir. *Et si non a Deo miteretur forte posset non adhiberi fides vel factum posset credi non esse ita arduum*

*Dixi 3º quod ostenditur* lo loch hon se tracta, *quia* «*in civitatem Galilee, cui nomen Natzaret*[44]», *qui locus interpretatur flos vel floridus per quam dabatur intelligi quod angelus nunciabat florem nacituram in loco florido, de quo dixerat Ysaya in XI*: «*Egredietur*» *et cetera, sequitur* «*flos de radice eius*», *et bene conveniens erat.*

Que est[a] flor en loc florit fos nunciada
Est[a] flor en loc florit fos engendrada
Est[a] flor en loc florit fos nudrida
Est[a] flor en loch florit fos oïda

---

[37] aital mainada, *interlineat.* | [38] Bonaventura, *Commentarium in evangeli Lucae*. | [39] Ibid. | [40] PL 183, 57. | [41] nunciar, *interlineat.* | [42] Lc. 11,21. | [43] Redempció. Variant de Remçó, tot i que no apareix com a tal al DCVB. | [44] Lc. 1, 26.

Que flor en loch florit fos atrobada
Que flor el mes de mars fos demostrada, *ut merito possumus dire id, Canticorum II*: «*Flores apparuerunt in terra nostra*[45]», *hoc est, in virgine nostram quam dicitur terra, de quo Psalmus*: «*Terra nostra dabit fructum suum I Dei filium*[46]».

*Dixi 4 quod ostenditur* aquel ab qui·s tractava *et cetera, quia virginem. Unde Bernardus, Super missus est et vere virginem.* «*Virginem utique carne, virginem mente, virginem professione, virginem qualem describit apostolus mente et corpore sanctam*[47]». *Hic igitur angelus missus ad virginem, sicut eam salutavit*: «*Ave Maria, gratiam plenam, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus*[48]», *in qua salutatione miraculi ei nunciavit.*

Que era fort luyada de tota corrupció, *quia dicit Ave, id est, sine ve.*
Que era hinundada de benedicció, *in hoc quod dixit Gratia plena.*
Que era acompayada de nobla creatura, *quia dominus tecum.*
Que era exalssada sobre tota natura, *quia benedicta tu in mulieribus.*

/[114v.] *Dixi igitur primo quod in hoc salutatione angelus ei nunciavit* que era fort luyada *et cetera, quasi dicitur vere Virgo Maria.*

*Tu es sine ve* de peccat original, car d'aquel és ben mundada.
*Tu es sine ve* de tot pecat actual, car d'aquel és preservada.
*Tu es sine ve* de fractura virginal, car castetat has votada.
*Tu és sine ve* de podridura corporal, car al cel seràs col·locada. *Unde Augustinus in Libro de natura et gracia*: «*Excepta hac sancta virgine*[49]» *et cetera, quia igitur sine ve, id est, peccato. Igitur et sine pena peccati quod est ex cordis in terre resolucionem, dicit quod originalia ad istud proponimur pertenencia.*

*Dixi 2 quod ostenditur et cetera, dixit ei gratia plena quasi dicitur.*

Tu és plena de virtut que t'a dada l'alt Altisme.
Tu és plena de salut per que´ns huntes ab te crisma.
Tu és plena de joiells que has donats al santisma.
Tu és plena de dons bels que dones a ton proïsma. *Ideo Bernardus*: «*Vere plena et super plena*[50]», «*Ut de plenitudine eius accipiat universsi captivus*[50]», *et cetera. Ideo Ieronimus*: «*Talibus namque decebat virginem opignerari muneribus ut esset gratia plena qui celis dedit gloriam Deum pacemque refudit fidem gentibus finem vitiis, vite ordinem moribus disciplinam*[52]» *ut merito dicatur id:* «*In me omnis gratia vie et veritatis in me omnis spes vite et virtutis. Transite*[53]» *et cetera, Eclesiasticus 24.*

*Dixi 3 quod ostenditur et cetera, quia Dominus tecum, quasi dicit angelus*: Deus és ab tu

Axí com príncep poderós qui defensse son castell.
Axí com fruyt graciós qui està en ambre bell.
Axí com rey valerós ab sa regina ornada.
Axí com spòs amorós que està ab ses sposada.
Axí com fill ab sa mare tu tostemps acompayat.
Axí com pare ab filla, tostemps a tu governant.

*Unde Augustinus:* «*Ita Dominus tecum ut sit in corde tuo, in ventro tuo adimpleat ventrem*

---

[45] Cant. 2, 12. │ [46] Ps. 85,13. │ [47] Bernat, *Sermo Super missus est*, II. PL 183, 62 │ [48] Lc 1, 28. │
[49] *Mfl*, Maria, a; Augustinus, *De natura et gratia*, PL 44, 267. │ [50] Localitzat com Anselmus, orationes 52 i al *Speculum Marie* Virginis de Conrad de Saxonia, lectio I. │ [51] *Mfl*, Maria, ai.; Bernardus Claraevallensis, Sermó 98. (PL 183) │ [52] *Mfl*, Maria, o (); Paschase Radbert, *De assumptione Marie Virginis; Ieronimus, Sermo de Assumptione*. │ [53] Eccli. 24, 25.

*tuum, adimpleat mentem tuam. Egrediemur decubili tuo «tamquam sponsus de thalamo suo*[54]».

*Dixi 4 quod in hac salutatione angelus nunciavit Marie* qui era *et cetera, quia dixit: benedicta tu in mulieribus, quasi dixit angelus*

Per la fembra fo gitat l'om d'un graciós statge
Per la fembra fo privat del seu promès heretatge.
Per la fembra ha trencat l'om a Déu són humenatge.
Per la fembr[a] és captivat en I cruel carcellatge.

*Hoc quod istud infortunium evenit homini nulla suffurens mulier evenit qua istud reparare potuerit. Ideo inter*

*Sed ex omnes mulieres es tu benedicta, quia per te*:

Aquel divinal statge a tot hom serà ubert
Aquel perdut heretatge cobrarà l'om per tot cert
Aquel trenquat humanatge se tornarà refermar
Aquel cruel captivatge se deu per tu dissipar

/[115r.] *Ideo inter omnes mulieres benedicta debes nominari. Unde Anselmus*: «*O, virgine benedicta et super benedicta, per cuius benediccione benedicitur omnis creatura, non solum creatura a Creatore, sed creator a creatura*[55]». «*Non solum benedicta super mulieres, sed et super angelos, quos vincis puritate, super sanctos, quos superas pietate*[56]». *Ecce quomodo per angelum fuit gratie salutata. Audiens tum talia verba tremuit ut in merito, quia*

En cambra era tota sola, sens naguna companya.
E viu ab si I jovenssel, qui jamés vist no avia.
Que li deya tal novell, que I hom fort la volia.
E que consentís a ell, car sert d'ell s'enprenyaria.
E si a ella plasia, que axí fer covenia. *Ideo timuit.*
*A viro salutata fuit. Et ait angelis ei:* "*Ne timeas*", *quia:*

*Ideo dixit*: «*Audivi et conturbatus est venter meus a voce contermenerunt labia mea*[57]». *Ambrosius*: «*Consternata et preterita per verecundia respondere non potuit nunquam enim sicut timeras, quia cuncta te timent et cunctis timorem expellis*[58]». *Ergo*: «*Ne timeas. Invenisti enim gratiam apud Deum*[59]» *et cetera usque* «*quomodo fiet istud*[60]».

*Timet te Dei filius, quia ex te carnem suscipiet.*
*Timet te angelus, quia gratiam a te accipiat.*
*Timet te homo, quia ex te honorem precipiet.*
*Timet te dyabolus, per te enim homo enim desciciet ergo ne*
*Quomodo fiet cum sim paupercula, quod gratiam coram ratio imperator invenerim.*
*Quomodo fiet cum sim creaturam quam creatorem mundo dedeceri.*
*Quomodo fiet cum ad hoc plures laboraveriunt et nunc ego laboraberim.*
*Quomodo fiet cum nullus obtinuerit quod ego obtinuerim.*
*Quomodo fiet cum Eva sicut perdiderit quod ego recuperaverim.*
*Quomodo fiet cum Deus sicut iratus fuerit quod ego eum placaverim.*
*Quomodo fiet cum virginitatis votum fecerim et filium conceperim.*

[54] Agustí, *In Iohannes evangelium*, sermó 8: *Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae*; també a Ps. 19. │
[55] Anselmus, Orationes et Meditationes (VII, 197-211). │ [56] Conrad de Saxònia, *Speculum Beatae Mariae Virginis*, que sembla treurs-ho de Anselm, Orat. 50. (alias 49.) circa medium. │ [57] Hab. 3, 16. │
[58] Lc. 1, 36-38. │ [59] Lc. 1, 30. │ [60] Lc. 1, 34.

*Quomodo fiet cum hominem non tetigerim et filium propererim.*
*Quomodo fiet quod votum tenuerim et filium eduxerim.*
*Quomodo fiet quod magister dixerit et virgo insonuerim quod dicitur imposibile audio, et respondens angelus, dixit ei: «Non est imposibile apud Deum omnem verbum. Ecce Helisabet, cognata tua, et ipsi concepit filium in senecta sua*[61]*», et dixit Mariam*: «*Ecce ancilla Domini*[62]» *et cetera. Et quia hora completero fuit salutata media nocte filius Dei fuit incarnatus. Ideo medio quod inter eos tractaverunt.*

[61] Lc. 1, 36-37. | [62] Lc. 1, 38.